Teziernicka Abrenuntiat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Ca:
strensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosa Zophia
327 de Rudołtowice Witkowska Generosi Severini de eadem Ru:
dołtowice Witkowski cum olim Generosa Anna de Fredro
Boleslawszyjska procreata filia, Generosi vero Joannis Caroli Te:
ziernicki Consors legitima cum eiusdem mariti sui Viri Iuris
Coniugalis personali assistentia et Ultroneo ad infra
scripta Recognoscenda consensu sana mente et corpore
existens a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis
quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti
vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad
actum praesentem attinet secum successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque
subijciendo palam libere publice ac per expressum recogno:
vit. Quia sibi Recognoscenti de bonis Paternis et Maternis
ratione dotis et expeditionis per manus Generosi Severini de
Rudołtowice Witkowski Parentis sui satisfactum est, ea itaque
intercedente satisfactione de bonis ysdem Paternis et mater:
nis abdicat et abrenuntiat perpetuo.

Belchacki et Jaszowski mu:
328 tuo Intercisam Roborant
et Statuet unus

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren:
sibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Jacobus de Gle:
dzianow Belchacki ab una et Feliciana de Tutoryn olim
Generosi Victorij Jaszowski Consors relicta Vidua parte ab al:
tera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districti:
bus Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et com
petentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capi:
taneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum praesen
tem attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter
omnibus